tam penam et alias penas in dicto priuilegio appositas non verentes in dictorum dnorum decani et capli dampnum et iacturam. Quare petit idem procurator et procuratorio nomine quo supra dictos duos Vlricum Strawbinger seniorem canonicum et caplm ecclie Rat. conpellendos fore et conpelli decerni debere virtute dicti priuilegii seu litere obligationis ad solutiones quatuor librarum denar. Rat. de predictis quatuor annis non solutarum et ad penam quadringentorum florenorum in et ex ipso priuilegio ipsis dnis decano et caplo applicandorum per vestram diffinitam sententiam et alia iuris remedia cum dampnis expensis et interesse saluo etiam iure addendi minuendi corrigendi declarandi et interpretandi et aliis de nouo proponendis et quolibet alio iure beneficio semper sibi saluo vestrum officium et iurisdictionem humiliter inplorans; Lite igitur inter ipsas partes in predicta et presenti causa legitime contestata Prestitisque ab ipsis partibus per eorum procuratores ad hoc ut premittitur lme *) constitutos de calumpnia et veritate dicenda solitis iuramentis et demum per partem actricem datis et oblatis nonnullis positionibus et articulis et super ipsis positionibus quibusdam honoralibus testibus citatis et euocatis et in vim probationum quibusdam munimentis et priuilegiis coram nobis in iudicio per eandem partem actricem similiter productis factisque sub spe amicabilis compositionis per partes easdem nonnullis dilationibus et conpetentibus communicationibus et huiusmodi causis preuiis multis tractatibus in spem amicabilis compositionis positis Tandem die dato presencium comparuerunt procuratores coram nobis partium predictarum videl domini heinrici de Swabach dnorum Ottonis Decani et capli Sci Johis actorum et Nicolaus (?) Wizelin Vlrici Strawbinger senioris et capli maioris eccliarum Rat. partis ree procuratores predicti petentes per

*) legitime?

nos in presenti causa cum ipsis concludi et haberi pro concluso renunciantur omnibus aliis terminis iudiciarij ordinis et iuxta producta et deducta in ipsa causa per nos ferri diffinitam sententiam. Nosque matheus abbas iudex seu commissarius cum eisdem partibus coram nobis constitutis concludentibus nobiscum et concludi petentibus conclusimus et habuimus pro concluso et ad earundem partium predictorum procuratorum instanciam prouida deliberacione prehabita predictis omnibus bene perspectis et masticatis communicatoque nobis peritorum et sapientium consilio ad nram diffinitam sententiam in dei noie accessimus et accedimus in hanc modum:

Christi noie inuocato Nos Matheus abbas monasterij Scti Jacobi Rat. iudex in presenti causa delegatus pro tribunali sedentes et habentes pre oculis solum Deum Communicato nobis consilio peritorum pronunciamus decernimus et declaramus venerabile Caplm maioris ecclie Sci Johis Rat. in quatuor libr. denariorum Rat. et ipsum Caplm compellendum fore et conpelli debere ad solutionem earumdem quatuor libr. de quatuor annis non solutarum et ad penam quadringentorum florenorum in libello presentis cause expressorum et petitorum Ipsumque caplm maioris ecclie Rat. in dictis quatuor libr. et pena quadringentorum floren. eisdem decano et caplo ecclie Sci Johis et in expensis habitis condempnamus per nostram deffinitam sententiam in hiis Scriptis Ipsarum expensarum taxatione nobis in posterum reseruata, lecta lata in Scriptis pronunciata est hec nra diffinita sententia Ratispone in monasterio nro in aula superiori estiuali Anno Dni M° CCC° LXXXV° Indjctiane VIII die vero XV die mensis Septembris hora vesperarum vel quasi, pontificatu Scissimi in Xpo patris et dni Dni Vrbani diuina prouidencia pape VI^ti anno VIII° presentibus honorabilibus viris et dnis dno Johanne Decano vetere capelle Ruperto

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0274-6
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

Awrbekch canonico maioris Rat. eccliarum canonicis ac Johanne de Poll presbytero Coloniensis diöcesis et aliorum honorabilium testium multitudine copiosa testibus . . ad premissa vocatis specialiter et Rogatis.

---

## VIII.

Anno 1385. 23. Septembris.
(Ex Diplomat. etc. fol. 116.)

Littera constitutionis procuratorum per Capitulum Ecclesiae Ratisbon. constitutorum in causa, quam movebat Capitulum Sci. Joais. super 1 ℔. Denar. de domo Straubingerij et super domo Sci. Petri in platea Chornpuhel et super 1 ℔. de ecclesia in Saler et super aliis debitis.

In nomine Dni. amen. Per hoc presens publicum Instrumentum Cunctis pateat euidenter, quod Anno natiuitatis eiusdem Millesimo, CCC$^{mo}$ Lxxxv$^{to}$ Indictione viij Pontificatu Sctissimi in Xpo. patris et dni. nostri Dni. Vrbani digna dei prouidencia pape Sexti anno viij die vero xxiij mensis Septembris hora primarum vel quasi In domo habitationis honorabilis viri dni. Vlrici Strawbinger senioris canonici et Scolastici ecclesie Ratispon. ac in stuba minori domus ejusdem. In meique notarii publici infra scripti ac testium subscriptorum presencia capitulariter congregati honorabiles viri et dni. Johannes de Peyne decanus, Vlricus Strawbinger Senior, Vlricus de Nuspergk, Arnoldus de Weydenbergk custos, Johannes de Schiltorn, Conradus Häkchel, Erhardus Weychser, Johes. Zenger, Stephanus Satelpoger et Albertus Stauffer cano-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0275-1 Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

nici capitulares predicte Ecclesie Ratispon. ob infra scriptam causam conuenientes citra suorum procuratorum reuovationem fecerunt constituerunt et ordinauerunt suos veros et legitimos procuratores ac nuncios speciales, honorabiles viros dnos. Rupertum Awrbekchen et Bartholomeum de Rädwitz ipsorum concanonicos ibidem presentes et onus huiusmodi procurationis in sesponte suscipientes, dantes ipsis vna simul plenam et liberam potestatem in causis seu dissensionibus, que inter ipsos dnos. constituentes super redditibus vnius libre de domo, quam nunc inhabitat memoratus dnus. Vlricus Strawbinger, super qua causa pendet Coram reuerendo patre et dno. Matheo Abbate monasterij Sci. Jacobi Scotorum Ratisponen. et super vna libra de domo Sci. Petri in platea Chornpuhel sita et super vna libra de ecclesia in Salar, et super dimidia libra da fabrica ecclesie Ratispon. antedicte, et super lx denariis de domo dicti Petri de Remago predicti et super lx denariis de domo quondam dicti Rümpfel in Latrono et super Lx. den. de anniuersario dicti Berntonis quondam Epi. Bambergensis annuorum reddituum cum dampnis expensis retentiis penis et interesse contra honorabile Capitulum Sci. Johis. Ratispon. concordandi, transigendi paciscendi cum eisdem dominis, capitulo ecclesie Sci. Johis. aut cum illo vel illis, quos ipsi domini de Capitulo antedicte ecclesie sci. Johis. ad hoc duxerint, deputandos, promittentes itidem dicti domini constituentes ratum et gratum se perpetue habituros, quidquid per eosdem dnos. Rupertum et Bartholomeum in premissis et circa premissa cum suis incidentibus emergentibus dependentibus et connexis actum factum concordatum fuerit vel quomodolibet conpositum seu transactum; Renunciantes itidem omnibus exceptionibus ac iuris auxiliis mediantibus, quibus contra ordinacionem compositionem transactionem laudum seu arbitrium per ipsos dnos. Rupertum et Bar-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0276-7
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

tholomeum iniendas faciendas seu facienda facere vel venire possunt quoquomodo, valentes etiam hanc constitutionem esse validam et de alto et basso factam ac si esset meliori modo et forma facta, quibus fieri posset etiam ad concilium cuiuslibet sapientis promittentes nichilominus michi Notario publico publice stipulantes dictos procuratores releuare ab omni onere eis in premissis vel circa premissa quomodolicet incumbente de et super quibus omnibus et singulis premissis itidem dicti domini constituentes petierunt sibi a me Notario publico subscripto fieri seu confici vnum vel plura si opus fuerit publicum seu publica instrumenta. Acta sunt hec Ratispone anno Indictione pontificatu, mense, die, hora, et loco, quibus supra presentibus honorabilibus et discretis viris dnis. Magistro Arnoldo Yban rectore parochialis ecclie. in Westenchirchen et Conrado Haunspeck Summissario chori ecclie. Ratispon. testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis.

Et ego Conradus Pünharter clericus Ratispon. publicus Imperiali auctoritate Notarius. Quia predictorum procuratorum constitucionem mandati ac potestatis donationem rati habitacionem aliisque omnibus et singulis premissis dum sic ut permittitur agerentur et fierent unacum prenotatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui. Quapropter hoc presens publicum Instrumentum manu mea prapria scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque meo solito et consueto signaui Rogatus et requisitus in testomonium omnium premissorum.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0277-3
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

## IX.

Anno 1385. 9. Decembris.
(Ex Diplomat. etc. fol. 117ro—120.)

### Compositio litis seu transactio inter duo capitula majoris ecclesiae et S. Johannis super nonnullis redditibus &c.

Nos Johannes de Peyne Decanus Totumque Capitulum ecclesie Ratispon. Notum facimus vniuersis. Quod orta *) nuper inter honorabiles dnos. Ottonem decanum et capitulum ecclie Sci. Johis Ratispon., querulantes et Actores super eo, Quod nos et Capitulum nrm. ex causa amplificationis ecclie nre et in refusione reddituum quarundam domorum, granariorum et **Cappellarum** tunc ad ecclesiam Sci. Johis spectancium pro dicta amplificatione diruptarum singulis annis de domo nra., quam nunc dns. Vlricus Strawbinger canonicus et scolasticus nr. inhabitat, in vna libra et de ecclia in Saler in vna libra, de domo Sci. Petri in platea Chornpühel sita in vna libra, de fabrica ecclie nre in dimidia libra, de domo quondam dicti Rvmphel in latrono in sexaginta denar, de domo nra chorali, quam nunc inhabitat dns Petrus de Remago canonicus dicte ecclie sci. Johis in sexaginta denar. Et ad Anniuersarium dni Berntonis quondam Epi Bambergen. in Lx denar., que omnia se ad summam quartuor librarum et Lx denar. extendunt. ac in retentiis et non solutis premissis annuis censibus et expensis factis in viginti Sex libris dicte monete et in quadringentis florenis in pe-

*) „sit discordia“ iſt vermuthlich in der Feder des alten Copiſten geblieben.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0278-9 Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

nis adiectis eis asserunt obligatos. Asserentes se premissa legitime probaturos. Quodque super premissa unius libre pensione de domo dcti Vlrici Strawbinger confratris nri ex delegatione Reuerendi in Xpo. patris domini Johannis dei et Aplice sedis gra Epi Ratispon. coram venerabili patre dno Matheo Abbate monasterii sci Jacobi Ratispone causa sit intentata et in ea eciam ad certas Judiciales actus post litis contestationem processum ex vna Et nos ex parte altera discordia lite et materia questionis Tandem nos et dicti Decanus et Capitulum ecclie Sci Johis hincinde per discretos fautores nros cupientes inter nos vigere concordiam et amorem super premissis omnibus et singulis dissentionibus fauorabiliter informati affirmauimus et affirmamus huiusmodi disseneiones amabili compositione sopiri et terminari. Vnde nos decanus et Capitulum maioris ecclie Ratispon. supradicte in dilectos nros confratres honorabiles dnos Ruppertum Awrbeckch et Bartholomeum Redwitzer canonicos Ratispon. et dicti domini Otto Decanus et Caplm ecclie Sci Johis in dnos Petrvm de Remago et Conradum de hawn eorum concanonicos concordauimus Ipsosque hincinde ad concordandum transigendum componendum faciendum arbitrandum et ordinandum nros veros in debita forma et cum pleno mandato constituimus procuratores et amicabiles compositores. Promittentes nos Ratum et gratum hincinde habituros quidquid dci quatuor canonici procuratores nri in et super premissis ordinarent. laudarent et pronuntiarent et nuncquam vllo tempore contra eorum pronunciacionem laudum et ordinationem venire etiam colore aut modo quibuscunque quesitis pure et sincere omni fraude et dolo prorsus exclusis prout in quibusdem publicis instrumentis desuper confectis plenius continetur. Lata igitur diffinita Sententia in dicta causa coram eodem dno



Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0279-7
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

Abbate precendente dicti quatuor procuratores et arbitratores Tandem auspice dno pacis auctore fugatoque auctore Zizanie in honorabiles dnos Johannem Decanum veteris capelle et Rupertum Awrbekch confratrem nrm supradictum super omnibus et singulis supradictis dissentionibus in forma debita conpromissunt. Promittentes quod quitquam illi duo super predictis omnibus et singulis laudarent et pronunciarent hoc mox per predictos quatuor omoligari ac approbari debeat quidquid dni Decanus et Rupertus sequenti die tradita eis potestate pronunciandi et per eos recepta habitaque prouida deliberatione mcx dictam sententiam quo ad retenta expensa interesse et penas quudringentorum florenorum in quibus per predictum dominum Abbatem per eandem fuimus condempnati sententiam que ad preterita duntaxat cassarunt et deleuerunt, Ipsa sententia in euentu non solutionis quo ad futura retenta expensa et interesse et penam in suo Robure permansura Insuper dci Decanus et Rupertus pronunciarunt quod nos prefato Decano et Caplo ecclie S. Jois pro omnibus et singulis predictis specificatis debitis expensis interesse et penis tradere et assignare deberemus posessionem annui census de ecclia nra in Haymsakcher, que est octo librarum Ratispon. denar. per nras authenticas sigillatas litteras de quibus octo libr. debet ipse Decanus et Caplm ecclie Sci Jois singulis annis recipere quatuor libr. bonorum denariorum Ratisp. in ciuitate Ratispon. daturorum absque omni diminutione etiam cum expensis si quas ipsos Decanum et Caplm Sci Joais facere seu subire contingeret pro dicto censu quatuor librar. in cuius census quatuor libr. realem possessionem dicti nri procuratores dicti Rupertus et Bartholomeus Redwitzer confratres nri noie nro et totius Capituli ibidem facta pronunciacione Ipsos dnos Petrum et Conradum precuratores eorundem Decani et Capli Sci Joais et eorum officialem Realiter po-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0280-8
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

suerunt sic tamen quod residuum in pensione dietarum octo librar. solutis dictis quatuor libris et expensis nobis applicetur et per ipsos receptores nobis aut Officiali nro assignetur Tali insuper solempni conditione adiecta quod si ex negliencia (sic) nra aut inpossibilitate ecclie in Haymsakcher prediete quotuor libr denar. singulis annis ipsis decano et Caplo sci Jois cum expensis non persolnerentur Ipsi Decanus et Caplm ecclie S. Johis debent et possunt habere recursum illo duntaxat anno ad suas procuratores et antiquas litteras et munimenta et eis vti quo ad evictionem dicturam qnatuor libr, expensarum et penarum, prouit in ipsis antiquis litteris continetur Quibus quidem prioribus litteris et monumentis etiam quo ad perfectionem fabrice eccli Sci Johis prout in ipsis exprimitur, cum suis specificatienibus in nullo debet preut nec volumus derogari. Et tunc in eodem anno quo vt permittitur ipsi Decanus et Caplm habebunt regressum ad priores suas litteras nos ab ipso Vicario in haymsacker poterimus nrm censum exigere iuxta nrarum continenciam literarum et consuetudinem antiquam hactenus obseruatam contradictione qualibet cessante. Item quod Decanus et Caplm dicte Ecclie Sci Johis nobis cedere et assignare debeat vnam libram sub eorum Sigillo quod quocienscunque singulis annis ipsis de predictis quatuor libr et expensis pro ipsis figendis satisfactum fuerit vt permittitur contra nos ex premissis specificatis redditibus vid. de dictis quatuor domibus dni Vlrici Strawbinger, in Chornpühl, in Latrono, Dni Petri de Remago, de ecclia in Saler, de fabrica nra et anniuersario dni Bernthonis epi Bambergen., prouit etiam superius specificatur. Qui nobis per amplius applicabuntur quosque leuare et percipere debemus ipsorum munimentis et literis que a nobis habent. non obstantibus quibuscunque nullam accionem habere debeant salua clausula perfectionis fabrice ecclesie eorum,



Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0281-4 Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

ut superius enarratur Dilecti insuper dicti decanus et Rupertus solemniter adiecerunt quod cum nos eisdem Decano et Caplo ecclie S. Johis vnam eccliam quatuor libr. annui census vel maioris perfecte absque omni vlteriori impedimento Incorporari procurabimus Sic quod ipsi de ea contententur tunc antique litere et presentes quoad predictas quatuor libras omnimodo viribus careant nulliusque sint roburis aut vigoris. Item mandauerunt ipsi dns Decanus et Rupertus supradicti quod in premissorum omnium Robur et firmitatem has patentes litteras in publicam formam redactas maiori sigillo capituli nri Roburare debeamus et per omnia approbare quibus pronunciationibus sic factis dicti quatuor procuratores et commissarij nri pro vtroque capitulo premissa omnia et singula ratificarunt et solempniter approbarunt presentibusque laudant et approbant vice et nomine Capitulorum predictorum Petentes sibi per magistrum Heinricum Notarium subscriptum super premissis omnibus et singulis fieri publicum Instrumentum nostro ut prefertur Sigillo roburandum. Acta sunt et fuerunt hec Ratispone In domo habitationis dicti Johannis decani veteris capelle anno a Nativitate dni millesimo Trecentesimo octuagesimo quinto Indictione VIII[a]. die vero nona mensis Decembris hora nonarum vel quasi Pontificatu scissimi in Xpo patris et dni nri dni Vrbani diuina prouidencia pape VI[ti] anno octauo Presentibus honorabilibus viris friderico Lüngler vicario vet. capelle Ratison et Johanne de Polle subdiacono Colonien. ac Jordano Clerico Ratispon. diöcesis quapropter nos decanus et capitulum ecclie Ratispon. premissa omnia et singula ratificamus laudamus et approbamus predictosque decanum et Caplm eccie S. Jois in possessione dicti annui census quatuor libr de ecclia in Haymsacker ponimus et indicimus harum nrarum serie litterarum nri maioris sigilli appensione communitarum.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0282-0 Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

**Et ego Heinricus Pechenmair de Swabach clericus Eysteten. Diöcesis publicus Imperiali Auctoritate Notarius quia predictis compromissionibus pronunciationi et ordinationi emologationibus ac rathihabicionibus prout narrantur vnacum pronominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi. Quappter hoc presens publicum Instrumentum exinde confeci et publicaui quod manu propria Scripsi et in hanc publicam formam redegi signoque meo solito et consueto signaui rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum.**

---

## X.

Anno 1468.
(Domkapitel'ſches Regiſtr.-Buch von 1585.)

Vertrag zwiſchen Herrn Michael Rieder Domprobſt mit Wiſſen vnd Willen eines Domkapitels gegen der Statt Regenſpurg von wegen der Protleden vnter der Domprobſtei: Der die Probſtei von neuem erpaut. Vnd alſo die acht leden in vier Gewelb auf der Probſteigrund eingefangen, die der Stat gehören, darumb die Stat dem Domprobſten vnd Capitel ain genügen gethan. Alſo daß die Statt dieſelben leden hab zu beſetzen nach jrem gefallen. Doch niemandts ſo hammert oder mit Klenkcheter arbeit vmbgeht, darein zu nemmen vnd dem Kapitel an den 10 Schill. dl. gült laut brieflicher Urkunde de anno 1408*) vnentgolten. Die Vordächl, Thüren, ſparren, vnd eiſen Pandt an denſelben acht leden ſollen die von Regenſpurg vnterhalten vnd machen laſſen; Aber die Gewelb und ſteine Bögen, gemäuer

---

*) Sieh voran II. Abſchn. §. 21 Note 126.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0283-6 Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

vnd Kracħſtein, daran das Vordächl hängt, ſol Probſt im Grundt vnd droben vnderhalten. In vnterſten gaden gegen der Hewart, darin dieſe acht Leden ſein, ſol Domprobſt Kain Fenſter oder Licht haben. Item außer der Domprobſtei Giblmauer ſol die Stat khain fürdächl weiter noch breiter machen, dann ain angehengt Dächl, das der Dachdropf vngeuerlich 4 Schuh von der rechten Giblmauer fallen thue. Welches Dächl an der Probſtei hangen vnd auf der erden kain ſtützen oder Säulen haben ſolle. Item die Inleit in ſolchen Leden ſollen kain Feuer, allein von Kolen vnd das nit rauch gibt, haben. **Ao. 1468.** „Wir der Rath ꝛc.“

---

## XI.

**Anno 1525. 9. Jan.**
**(Ex Originali.)**

**Mandatum episcopale ad omnes plebanos ceterosque presbiteros Diöcesis Ratispon., quod indulgentiarum litteras coram populo publicare studeant.**

**Michael Apfelpeckh** *) **juris vtriusque doctor Canonicus ac Judex ordinarius Consistorij Venerabilis Capituli Ecclesie maioris Ratisponen. Vniuersis et singulis nobis in christo sincere dilectis. Dominis Decanis Plebanis Vicariis Ceterisque presbiteris curatis et non curatis per Ciuitatem et Diocesim Ratispon. vbi libet constitutis Salutem et sinceram in domino caritatem nostrisque infra**

*) Derſelbe ſtarb laut Grabſtein-Inſchrift im Domkreuzgange den 18. Auguſt 1526.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0284-1
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

Scriptis obedire mandatis. Quoniam christi fideles. ad caritatis opera precipue principis Apostolorum Sancti Petri ecclie Chadedralis Ratisponen. Restaurationem et fabricam spiritualibus muneribus, Indulgenciis videlicet et peccatorum remissionibus inuitantur ut per temporalia quae ei tribuerint auxilia premia felicitatis eterne mereantur. Qua propter vobis Decanis Plebanis Vicariis ac presbiteris supradictis et cuilibet vestrum In virtute Sancte Obedientie ac sub excommunicationis pena mandamus quatinus singulis diebus dominicis atque festiuis A proxima instante dominica Inuocāvit quadragesimali tempore vsque ad octauas pasce. in ambonibus ecclesiarum vestrarum Coram populi multidine Collecturam fabrice pretacte ecclie Ratisponen. Necnon Indulgencias et facultates infrasignatas. Pre alijs sine intermissione fideliter promouere et publicare intimare studeatis. Interimque (dicta Collectura fabrice durante) alios Elemosinarum questores quacunque litterarum facultate preditos nullatenus admittatis. Cum quilibet diocesanus prefátam cathedralem tanquam suam matricem eccliam pre Ceteris ipso jure honorare teneatur Colecturamque huiusmodi nec non res et bona quaecunque ad dicte ecclie Ratisp. fabricam legata. testata aut alias qualitercunque ordinata seu spectancia Venerabili et Nobili Viro dno Emmeramo Zenger canonico ac Magistro fabrice dicte ecclie Ratisp. prout hactenus obseruatum existit absque dimunitione presentare curetis seu presentari faciatis.

Et quia prefatus Magister fabrice conqueriur quomodo nonnulli in promotione ac presentatione collecture huiusmodi tardi Aliqui vero omnio negligentes existunt Quodque parum prodessunt iura atque mandata emanari. Nisi sint qui ea debite executioni demandent Ob id vobis decanis supradictis et euilibet vestrum sub pena annotata

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0285-7 Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

committimus atque mandamus. Qaatinus omnes et singulos presbiteros Curatos et non curatos in ac parte culpabiles auctoritate nra ordinaria peremptorie requiratis et moniatis quos et nos tenore presencium sub ante dicta excommunicationis pena. sic requirimus et monemus Vt siqua bona vt premittitur ad fabricam ecclie Sancti Petri ordinata atque spectancia. que presentata non sunt adhuc. prenominato Magistro fabrice infra conpotentem terminum eis et cuilibet ipsorum per vos seu quemlibet vestrum prefigendum atque statuendum fideliter presentent vel presentari faciant Alioquin contra tales rebelles et inobedientes procedere curabimus justitia median. De executione vero presentium Nec non terminorum prefixione dictorum decanorum relationi stabimus fideli Volumus etiam quod vos decani singulis presbiteris Curatis et non curatis in decanatibus vestris constitutis huismodi mandata nostra propterea ad vos transmissa quantotius aliis presbiteris vt premittitur communicetis publicetis ac ad eosdem transmitti faciatis rem gratam in eo facturum. Dat. Ratispone die Lune Nona mensis Januarii. Anno Domini &c. Vicesimo quinto.

Sequuntur nunc Indulgentie atque facultates fabrice Ecclie Cathedralis S. Petri Ratispon. concessę:

Quondam Sanctissimus In Christo pater et dominus noster dominus Innocencius Papa Septimus omnibus Christi fidelibus manus adiutrices ad fabricam dicte ecclie Sancti Petri porrigentibus quinque Annos peccatorum mortalium ac totidem carenas concessit.

Item A quadraginta Septem Archiepiscopis et epis a quolibot quadraginta dies criminalium. annus venialium et vna carena.

Item omnes vtriusque sexus Christi fidelibus Opus fabrice Sancti Petri ecclie predicte promouentes Elemosinamque ae manus adiutrices illuc porrigentes In omnibus

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0286-3
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

precibus suffragijs Elemosinis Jeiuniis Orationibus. misis horisque Canonicis ac Ceteris spiritualibus bonisque fient et fieri poterunt in Ecclesia Cathedrali predicta particeps efficiuntur. Summa verum missarum iu sepedicta ecclesia Ratisponen. fundatarum et quot annis preficiendarum sunt septem millia cum Ducentis et quinquaginta quatuor.

Insuper quondam Reuerendissimus in Xsto pater Dns Bartholomeus de Moraschis Ciuitatis Castelli ad Alamoniam cum plena potestate legati de latere Nuntius et orator missus Omnibus et singulis vtrivsque sexus hominibus per Ciuitatem et Diocesim Ratisponen vbilibet constitutis seu commorantibus auctoritate apostolica consessit atque indulsit vt quadragesimalibus et alijs diebus quibus esus lacticiniorum De Jure vel consuetudine interdicitur huiusmodi lacticiniis videl. buttiro lacte et Caseo absque conscientie Scrupolo libere et licite vesci possunt et valeant. Dummodo ad Capsam siue truncum in ecclia predicta positum tantum quantum vnus in victu sno die sit consumpturus imponant seu imponi faciant. Quamquid concessionem et facultatem Innocencius Papa octavus gratiose confirmauit innouavit et robus perpetue firmitatis obtinere decreuit.

Rursus Siqui sint, qui parentes verbo aut facto offenderint, tales emendam huiusmodi offense comensuratam memorate facrice consignent.

Item illi qui peregrinationis vel abstinentie vota (que commode obseruare non possent) fecerint vltra marino tamen ac beatorum Qetri et Pauli apostolorum de urbe ac Sancti Jacobi in compostella: votis dumdaxat exceptis. ad illud seu aliorem redemptionem Elemosinam pro suorum dictaminis (sic?) confessorum: fabrice ecclie predicte largiantur.

Copie dictarum facultatum vobis annis superioribus per antecessores nostros transmisse sunt.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0287-9
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

Precepit enim deus per Moysen. Aurum et argentum Es et hiacinctum ad saratecta luminaria Ceteraque Templi ornamenta dari &c.

Exodi Cap. XXV. XXXI. XXXV.
Regvm iiij cap. xij.

Ut habetur Parolip. ij. cap. xxiiij. Alijsq. pluribus in locis.

Neemie qui est Esd. j. cap. j. similiter
Lib. iij. cap. viij.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr01803-0288-4
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg